221/. 194

Vir Clarissime & Doctissime

Facis pro Tua humanitate, quod ea, quæ lectu & attenta contemplatione digna Tibi obveniunt, benevolè mecum communicas. Miror pingendi peritam manum, sed magis indefessum Tuum in rem literariam studium, dum ea, quæ à molesto officio Tibi supersunt momenta omnia publico literarum commodo impendis. Numen labores Tuos porro prosperet, & Tibi cum altero Patriæ nostræ decore Goldbacho dignam virtutibus vestris fortunam largiatur, quæ nunquam talis erit, ut vota mea superare possit. Vale Vir Doctissime meque ut facis amare perge

T.

addictissimum

Feb. 1724. Joh. Arnold +1741 Prof. d. Theologie - Königsberg

Pauli

à Monsieur

Monsieur Bayer
Maistre és Arts tres
renommé & Professeur
de l'Ecole Cathedrale

195.